

## **Tractatvs De Magis, Veneficis Et Lamiis, Deqve His Recte Cognoscendis Et Pvniendis**

Propter Varias & controversas de hac quaestione hominum sententias,  
vtillissimus & cunctis ad Rerumpublicarum gubernacula sedentibus  
maxime necessarius ... in tres libros distributus

Qvomodo Contra Magos, Veneficias, Et Lamias procedatur

**Gödelmann, Johann Georg**

**Francofurti, 1591**

**VD16 G 2487**

Illvstrissimo Principi Ac D. D. Vdalrico Dvci Megapolitano, Principi Vettvstae  
gentis Henetæ, Comiti Suerinensi, Rostochij & Stargadij D. Domino suo  
electissimo.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61533](#)

ILLVSTRISSIMO PRIN-  
CIPI A C D D. V DALRICO DVCI  
MEGAPOLITANO, PRINCIPI VETVSTAE  
gentis Henetæ, Comiti Suerinensi, Rostochij  
& Stargardiae D. Domino suo cle-  
mentissimo.

**S**i quis Illustrissime & sapientissime Prin-  
ceps, Vniuersam institutæ gubernationis  
tuæ rationem ob oculos ponat, videbit  
is quām ritè Cels. T. eam secundum Tria  
iuris præcepta, quæ velut prima principia & fontes  
vniuersi iuris sunt, ex quibus omnes aliæ leges po-  
sitivæ deriuantur, & ad quas tanquam ad Lydium  
lapidem, seu Regulam & normam immotam, di-  
rigi & examinari debent, direxerit, ordinarit, &  
constituerit. Inter quæ cùm primum sit, & in se in-  
tegram quasi de moribus doctrinam complecta-  
tur *Honestè viuere*, in hoc Cels. T. incumbit, vt in  
toto cursu vitæ suæ innocenter, grauiter & sanctè  
viuat, propter quam causam meritò hodiè multi  
Imperij proceres ac Principes, non ad intuendum  
tantum



E P I S T O L A

tantum sed ad imitandum ac sequendum, praeclarum omnis pietatis, iustitiae, grauitatis, prudentiae, integritatis, fortitudinis ac constantiae exemplum, in Cels. T. maximè sibi propositum esse libenter agnoscant, ac statuant.

Certè propter has eximias virtutes, & in primis pacis studium, digna visa est Cels. T. Diuo Rudolpho II. Cæsari, & omnibus, qui non solum suis imperaret, sed alijs etiam sapientia, consilio præiret, & publicus esset inferioris circuli Saxonici *in episcopatus*, pacis, concordiaeque custos. Præclara sane & magna res virtus est, quæ in amorem sui tacita commendatione, optimos quoque rapit, & auctori bus suis, cum alia ornamēta, tūm auctoritatem accumulare solet. Deinde secundū iuris fundamentū q̄ spectat. *Alterum non ladere*, hoc efficit Cels. T. ut omnis violentia legitimis compescatur remedīs, facinora debito puniantur modo, iniuriæ reprimantur, atque tota prouincia malis purgetur hominibus.

Ad tertium accedo; *ut quisque quod suum est consequi possit*, qui finis est iustitiae, etiam hoc sanctissimum iuris præceptum Cels. T. religiosè obseruat. Nam consistorio prouinciali Cels. T. non solum ipsa præest, ubi ius omnibus absq; respectu personarum, magna cum grauitate pro veritate di-

A - 3 cit:



D E D I C A T O R I A.

cit: sed & omne reliquum tempus, rebus sacris, de-liberationibus serijs, mandatis & decretis tribuit, eò curas omnes, cogitationes & meditationes defigens, vt subditis *Suum* tribuatur. Inueniuntur multi, quos natura etiam egregiè ad humanitatem flexisse videtur: sed cùm illi ad Rem publicam accidunt, cùm tantam negotiorum molem vident, molestia, tædióque affecti, ea vel prorsus abijciunt, vel certè languidiùs & remissiùs curant; Alios conviuia, alios venationes ab intentione studioque avocant, sed Cels. T. in tractādis negotijs, audiendis libellis supplicibus nunquam defatigatur. Quid de reliquis Cels. T. virtutibus heroicis dicam? Summa humanitate & suauitate in colloquijs, singulari elegantia in moribus, toto denique corporis habitu, & vultus venustate & maiestate: quæ omnia docent. Cels. T. non tam ad clementiam institutam, quam factam, non imbutam, sed natam esse. Hæ igitur maximæ & clarissimæ Cels. T. virtutes, ingentia quoque in me à Cels. T. collata beneficia, & quia priores duos libros, de Magis, Beneficis & Lamijis serenissimo Daniæ Regi Christiano IIII. nepoti Cels. T. dedicavi, impulerunt, vt hunc processum criminalem, quem in Academia Cels. T. publicè prælegi, Cels. T. nominatim asscriberem atque dicarem. Quare princeps illustrissime, pro tuo er-gaiu-



*EPITOLA DEDICATORIA.*

ga iuris prudentiam perpetuo studio , & beneuo-  
lentia in Iurisconsultos singulari , hunc meum la-  
borem T.Cels.dicatum, clementer accipe, m<sup>e</sup>que  
solita clementia porrò etiam prosequi non dedi-  
gnare. Deus Opt. Max. per quem Reges & Princi-  
pes regnant, Celsitudinem T. ad sui no-  
minis gloriam, Ecclesiæ ac Reipub-  
licæ salutem, diu con-  
seruet.

Celsitud. T.

obsequentiissimus

Ioannes Georgius Gödelman.

**CANDI**

